*Thomae de Aquino*

# Lectura super Ioannem

## Prooemium

*Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum,*
*et plena erat omnis terra maiestate eius,*
*et ea quae sub ipso erant, replebant templum. (Is. VI,1)*

**1.** - Verba proposita sunt contemplantis, et si capiantur quasi ex ore Ioannis Evangelistae prolata, satis pertinent ad declarationem huius Evangelii. Ut enim dicit Augustinus in libro *De consensu Evangelist.*[1], caeteri Evangelistae informant nos in eorum Evangeliis quantum ad vitam activam; sed Ioannes in suo Evangelio informat nos etiam quantum ad vitam contemplativam.

In verbis autem propositis describitur contemplatio Ioannis tripliciter, secundum quod Dominum Iesum est tripliciter contemplatus. Describitur autem [1] alta, [2] ampla et [3] perfecta.

[1] Alta quidem, quia "Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum";

[2] ampla quidem, quia "plena est omnis terra maiestate eius";

[3] perfecta, quia "ea quae sub ipso erant replebant templum".

**2.** – [1] Circa primum sciendum quod altitudo et sublimitas contemplationis consistit maxime in contemplatione et cognitione Dei; *Is.* XL,26: „Levate in excelso oculos vestros, et videte quis fecit haec". Tunc ergo homo oculos contemplationis in excelso elevat, quando videt et contemplatur ipsum rerum omnium creatorem. Quia ergo Ioannes transcendit quicquid creatum est, scilicet ipsos montes, ipsos caelos, ipsos Angelos, et pervenit ad ipsum creatorem omnium, ut dicit Augustinus[2], manifestum est, quod contemplatio sua altissima fuit; et ideo "Vidi Dominum".

[1] Vgl. Augustinus, *De consensu Evangelistarum* I 5.
[2] Vgl. *ebd.*



*Thomas von Aquin*

# Lesung über Johannes

## Vorrede

*Ich sah den Herrn sitzen auf einem emporragenden und erhöhten*
*Thron, und erfüllt war die ganze Erde von seiner Majestät,*
*und was unter ihm war, erfüllte den Tempel. (Jes 6,1)*

**1.** – Die vorangestellten Worte sind die eines Betrachtenden, und wenn sie verstanden werden, als ob sie aus dem Mund des Evangelisten Johannes kämen, beziehen sie sich hinlänglich auf die Erklärung dieses Evangeliums. Wie nämlich Augustinus im Buch *Von der Übereinstimmung der Evangelisten* sagt: „Die übrigen Evangelisten unterrichten uns in ihren Evangelien über dasjenige, was das tätige Leben betrifft; Johannes aber unterrichtet uns in seinem Evangelium auch über dasjenige, was das betrachtende Leben betrifft."

In den vorangestellten Worten aber wird die Betrachtung des Johannes auf dreifache Weise beschrieben, insofern er den Herrn Jesus dreifach betrachtet hat. Sie wird aber beschrieben als [1] hoch, [2] weit und [3] vollkommen.

[1] Hoch, denn: „Ich sah den Herrn sitzen auf einem emporragenden und erhöhten Thron";

[2] weit, denn: „erfüllt war die ganze Erde von seiner Majestät";

[3] vollkommen, denn: „was unter ihm war, erfüllte den Tempel".

**2.** – [1] Im Hinblick auf das erste muß man wissen, daß die Höhe und Erhabenheit der Betrachtung am meisten in der Betrachtung und Erkenntnis Gottes besteht; *Jes* 40,26: „Hebt eure Augen in die Höhe, und seht, wer dies geschaffen hat." Dann erhebt der Mensch folglich die Augen der Betrachtung in die Höhe, wenn er den Schöpfer aller Dinge selbst sieht und betrachtet. Weil folglich Johannes über alles hinausgeht, was geschaffen ist, nämlich die Berge, die Himmel, die Engel, und zum Schöpfer aller Dinge selbst gelangt, wie Augustinus sagt, ist es offensichtlich, daß seine Betrachtung die höchste war; und deshalb heißt es: „Ich sah den Herrn".

Et quia, sicut ipse Ioannes dicit: "Haec dixit Isaias quando vidit gloriam eius", scilicet Christi, "et locutus est de eo", ideo Dominus sedens super solium excelsum et elevatum, Christus est.

In hac autem contemplatione Ioannis circa Verbum incarnatum quadruplex altitudo designatur.

[1.1] Auctoritatis, unde dicit "Vidi Dominum",

[1.2] aeternitatis, cum dicit "sedentem",

[1.3] dignitatis, seu nobilitatis naturae, unde dicit "super solium excelsum", et

[1.4] incomprehensibilis veritatis, cum dicit "et elevatum".

Istis enim quatuor modis antiqui philosophi ad Dei cognitionem pervenerunt.

**3.** – [1.1] Quidam enim per auctoritatem Dei in ipsius cognitionem pervenerunt; et haec est via efficacissima.

Videmus enim ea quae sunt in rebus naturalibus, propter finem agere, et consequi utiles et certos fines; et cum intellectu careant, se ipsa dirigere non possunt, nisi ab aliquo dirigente per intellectum dirigantur et moveantur. Et hinc est quod ipse motus rerum naturalium in finem certum, indicat esse aliquid altius, quo naturales res diriguntur in finem et gubernantur. Et ideo cum totus cursus naturae ordinate in finem procedat et dirigatur, de necessitate oportet nos ponere aliquid altius, quod dirigat ista et sicut Dominus gubernet: et hic est Deus. Et haec gubernandi auctoritas in verbo Dei demonstratur, cum dicit "Dominum"; unde in *Ps*. LXXXVIII,10 dicitur: "Tu dominaris potestati maris; motum autem fluctuum eius tu mitigas"; quasi dicat: tu es Dominus et universa gubernas.

Hanc cognitionem manifestat Ioannes se habere de Verbo, cum dicit: "In propria venit", scilicet in mundum; quia totus mundus est suus proprius.

**4.** – [1.2] Alii vero venerunt in cognitionem Dei ex eius aeternitate.

Viderunt enim quod quicquid est in rebus, est mutabile; et quanto aliquid est nobilius in gradibus rerum, tanto minus habet de mutabilitate:



Und weil, so wie Johannes selbst sagt: „Dies sagte Jesaja, als er seine Herrlichkeit sah", nämlich diejenige Christi, „und er sprach von ihm" [*Joh* 12,41], deshalb ist der Herr, „der auf einem emporragenden und erhöhten Thron sitzt", Christus.

In dieser Betrachtung des Johannes aber wird im Hinblick auf das fleischgewordene Wort eine vierfache Höhe bezeichnet.

[1.1] Die der Autorität: daher heißt es: „Ich sah den Herrn";

[1.2] die der Ewigkeit, wenn es heißt: „sitzen";

[1.3] die der Würde oder des Adels der Natur: deshalb heißt es: „auf einem emporragenden Thron"; und

[1.4] die der unerfaßbaren Wahrheit, wenn es heißt: „und erhöhten [Thron]".

Auf diese vier Arten nämlich sind die antiken Philosophen zur Erkenntnis Gottes gelangt.

**3.** – [1.1] Einige nämlich sind durch die Autorität Gottes zu seiner Erkenntnis gelangt; und das ist der wirksamste Weg.

Wir sehen nämlich, daß dasjenige, was in den natürlichen Dingen ist, um eines Zieles willen tätig ist und nützliche und sichere Ziele erreicht; und weil sie des Verstandes entbehren, können sie [die natürlichen Dinge] sich nicht selbst lenken, es sei denn, sie werden von irgendeinem Lenkenden durch den Verstand gelenkt und bewegt. Und daher kommt es, daß die Bewegung der natürlichen Dinge auf ein sicheres Ziel anzeigt, daß es etwas Höheres gibt, durch das die natürlichen Dinge auf ein Ziel hin gelenkt und geleitet werden. Und weil deshalb der ganze Lauf der Natur geordnet auf ein Ziel hin zuschreitet und gelenkt wird, müssen wir mit Notwendigkeit etwas Höheres annehmen, das jene lenkt und so wie ein Herr leitet: und das ist Gott. Und diese Autorität der Lenkung wird im Wort Gottes aufgezeigt, wenn es heißt: „den Herrn"; deshalb heißt es in *Ps* 88,10: „Du herrschst über die Macht des Meeres; die Bewegung seiner Fluten besänftigst du"; so als ob es heißt: Du bist der Herr und leitest alles.

Daß er eine solche Erkenntnis des Wortes hat, macht Johannes sichtbar, wenn er sagt: „Er kam in sein Eigentum" [*Joh* 1,11], nämlich in die Welt; weil die ganze Welt sein Eigen ist.

**4.** – [1.2] Andere dagegen sind zur Erkenntnis Gottes gelangt durch seine Ewigkeit.

Sie sahen nämlich, daß alles, was in den Dingen ist, veränderlich ist; und je vornehmer etwas in der Rangfolge der Dinge ist, desto weniger hat es von Veränderlichkeit an sich:

puta, inferiora corpora sunt secundum substantiam et secundum locum mutabilia; corpora vero caelestia, quae nobiliora sunt, secundum substantiam immutabilia sunt; secundum autem locum tantum moventur. Secundum hoc ergo evidenter colligi potest, quod primum principium omnium rerum, et supremum et nobilius, sit immobile et aeternum.

Et hanc aeternitatem Verbi propheta insinuat, cum dicit "sedentem", idest absque omni mutabilitate et aeternitate praesidentem; *Ps*. c. XLIV,7: "Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi"; *Hebr*. ult. [XIII], 8: "Iesus Christus heri et hodie, ipse et in saecula".

Hanc aeternitatem Ioannes ostendit dicens: "In principio erat Verbum".

**5.** – [1.3] Quidam autem venerunt in cognitionem Dei ex dignitate ipsius Dei: et isti fuerunt Platonici.

Consideraverunt enim quod omne illud quod est secundum participationem, reducitur ad aliquid quod sit illud per suam essentiam, sicut ad primum et ad summum; sicut omnia ignita per participationem reducuntur ad ignem, qui est per essentiam suam talis. Cum ergo omnia quae sunt, participent esse, et sint per participationem entia, necesse est esse aliquid in cacumine omnium rerum, quod sit ipsum esse per suam essentiam, idest quod sua essentia sit suum esse: et hoc est Deus, qui est sufficientissima, et dignissima, et perfectissima causa totius esse, a quo omnia quae sunt, participant esse.

Et huius dignitas ostenditur, cum dicitur "super solium excelsum", quod, secundum Dionysium[1], ad divinam naturam refertur; *Ps*. CXII,4: "Excelsus super omnes gentes Dominus".

Hanc dignitatem ostendit nobis Ioannes, cum dicit: "Et Deus erat Verbum", quasi: Verbum erat Deus, ut ly Verbum ponatur ex parte suppositi, et Deus ex parte appositi.

**6.** – [1.4] Quidam autem venerunt in cognitionem Dei ex incomprehensibilitate veritatis.

Omnis enim veritas quam intellectus noster capere potest, finita est; quia secundum Augustinum[2], omne quod scitur, scientis comprehensione finitur, et si finitur, est determinatum et particularisatum;

[1] Vgl. Ps.-Dionysius Areopagita.
[2] Vgl. Augustinus, *De civitate Dei* XII 19 (PL 1,368).



wie etwa die niederen Körper der Substanz und dem Ort nach veränderlich sind; die Himmelskörper dagegen, die vornehmer sind, sind der Substanz nach unveränderlich und werden nur dem Ort nach bewegt. Demnach also kann offensichtlich zusammengefaßt werden, daß das erste Prinzip aller Dinge, und das höchste und vornehmste, unbeweglich und ewig ist.

Und diese Ewigkeit des Wortes deutet der Prophet an, wenn er sagt: „sitzen", das heißt ohne alle Veränderlichkeit und in Ewigkeit den Vorsitz führen; *Ps* 44,7: „Dein Thron, Gott, für alle Zeiten"; *Hebr* 13,8: „Jesus Christus ist derselbe, gestern und heute, und für alle Zeiten."

Diese Ewigkeit zeigt Johannes, wenn er sagt: „Im Anfang war das Wort."

**5.** – [1.3] Einige aber sind zur Erkenntnis Gottes gelangt durch die Würde Gottes selbst: und dies waren die Platoniker.

Sie bedachten nämlich, daß alles das, was durch Teilhabe ist, zurückgeführt wird auf etwas, das dieses durch sein Wesen ist, wie auf ein Erstes und ein Höchstes; so wie alles Feurige durch Teilhabe zurückgeführt wird auf das Feuer, das durch sein Wesen ein solches ist. Weil folglich alles, was ist, am Sein teilhat, und durch Teilhabe Seiendes ist, ist es nötig, daß etwas am Gipfel aller Dinge ist, das das Sein selbst durch sein Wesen ist, das heißt, daß sein Wesen sein Sein ist: und das ist Gott, der die hinreichendste und würdigste und vollkommenste Ursache des ganzen Seins ist. Von ihm her hat alles, was ist, am Sein teil.

Und seine Würde wird gezeigt, wenn [Jesaja] sagt: „auf einem emporragenden Thron", was sich nach Dionysius auf die göttliche Natur bezieht; *Ps* 112,4: „Emporragend über alle Völker [ist] der Herr."

Diese Würde zeigt uns Johannes, wenn er sagt: „Und Gott war das Wort" [*Joh* 1,1], das heißt: Das Wort war Gott, insofern [das Wort] „Wort" anstelle des Subjekts, [das Wort] „Gott" anstelle der Apposition steht.

**6.** – [1.4] Einige aber sind zur Erkenntnis Gottes gelangt aufgrund der Unerfaßbarkeit der Wahrheit.

Jede Wahrheit nämlich, die unser Verstand erfassen kann, ist begrenzt; denn nach Augustinus wird alles, was gewußt wird, durch die Erfassungskraft des Wissenden begrenzt, und wenn es begrenzt wird, ist es bestimmt und vereinzelt;

et ideo necesse est primam et summam veritatem, quae superat omnem intellectum, incomprehensibilem et infinitam esse: et hoc est Deus. Unde in *Ps*. VIII, 2 dicitur: "Elevata est magnificentia tua super caelos", idest super omnem intellectum creatum, angelicum et humanum. Et hoc ideo, quia, ut dicit apostolus, "lucem habitat inaccessibilem", I *Tim*. ult. [VI] 16.

Huius autem incomprehensibilitas veritatis ostenditur nobis, cum dicit "et elevatum", scilicet super omnem cognitionem intellectus creati.

Et hanc incomprehensibilitatem insinuat nobis Ioannes, cum dicit: "Deum nemo vidit unquam".

Sic ergo contemplatio Ioannis alta fuit et [1.1] quantum ad auctoritatem, et [1.2] quantum ad aeternitatem, et [1.3] quantum ad dignitatem, et [1.4] quantum ad Verbi incomprehensibilitatem, quam nobis in suo Evangelio tradidit Ioannes.

**7.** – [2] Fuit etiam ampla. Tunc enim contemplatio ampla est, quando in causa potest aliquis considerare omnes effectus ipsius causae; quando scilicet non solum essentiam causae, sed etiam virtutem eius, secundum quam se ad multa diffundit, cognoscit. De qua diffusione dicitur *Eccli*. XXIV, 35: "Qui implet quasi Phison sapientiam, et quasi tigris in diebus novorum"; *Ps*. LXIV,10: "Flumen Dei repletum est aquis", quia divina sapientia altitudinem habet quantum ad cognitionem omnium rerum; *Sap*. IX,9: "Ab initio est tecum sapientia quae novit opera tua."

Quia ergo Ioannes Evangelista elevatus in contemplationem naturae divini Verbi et essentiae est, cum dicit: "In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum", statim virtutem ipsius Verbi secundum quod diffundit se ad omnia, nobis insinuat, cum dicit: "Omnia per ipsum facta sunt". Ideo contemplatio sua ampla fuit.

Et ideo in auctoritate praemissa, postquam dixerat propheta "Vidi Dominum sedentem", subiungit de virtute eius "et plena erat omnis terra maiestate eius", idest tota plenitudo rerum et universi est a maiestate eius, et virtute Dei, per quem omnia facta sunt, et cuius lumine omnes homines venientes in hunc mundum illuminantur; *Ps*. XXIII, 1: "Domini est terra, et plenitudo eius".



und deshalb ist es nötig, daß die erste und höchste Wahrheit, die jeden Verstand überragt, unerfaßbar und unbegrenzt ist: und das ist Gott. Deshalb heißt es in *Ps* 8,2: „Deine Größe ist erhöht über die Himmel", das heißt über jeglichen geschaffenen Verstand, den der Engel wie der Menschen. Und dies deshalb, weil, wie der Apostel sagt, er „in unzugänglichem Lichte wohnt" (1 *Tim* 6,16).

Die Unerfaßbarkeit dieser Wahrheit aber wird uns gezeigt, wenn Jesaja sagt: „und [er sitzt auf einem] erhöhten [Thron]", nämlich über jede Erkenntnis eines geschaffenen Verstandes hinaus.

Und diese Unerfaßbarkeit deutet uns Johannes an, wenn er sagt: „Niemand hat Gott je gesehen" [*Joh* 1,18].

So war folglich die Betrachtung des Johannes hoch sowohl [1.1] im Hinblick auf die Autorität, als auch [1.2] im Hinblick auf die Ewigkeit, als auch [1.3] im Hinblick auf die Würde, also auch [1.4] im Hinblick auf die Unerfaßbarkeit des Wortes, die uns Johannes in seinem Evangelium überliefert hat.

**7.** – [2] Sie war aber auch weit. Dann nämlich ist eine Betrachtung weit, wenn man in einer Ursache alle Wirkungen dieser Ursache betrachten kann: wenn man nämlich nicht nur das Wesen der Ursache kennt, sondern auch ihre Macht, aufgrund derer sie sich in vieles verströmt. Von diesem Verströmen heißt es in *Sir* 24,35: „Der wie der Phison erfüllt die Weisheit, und wie der Tigris in den Tagen der Neuen"; *Ps* 64,10: „Der Strom Gottes ist angefüllt mit Wassern", denn die göttliche Weisheit besitzt eine Höhe im Hinblick auf die Erkenntnis aller Dinge; *Weish* 9,9: „Vom Anfang an ist mit dir die Weisheit, die deine Werke kannte."

Weil folglich der Evangelist Johannes zur Betrachtung der Natur und des Wesens des göttlichen Wortes erhoben wurde, wenn er sagt: „Im Anfang war das Wort, und das Wort war bei Gott", so bringt er uns sogleich die Kraft dieses Wortes nahe, insofern sie sich in alles verströmt, wenn er sagt: „Alles ist durch es geschaffen." Deshalb war seine Betrachtung weit.

Und deshalb fügt im vorausgeschickten Zitat der Prophet, nachdem er gesagt hatte: „Ich sah den Herrn sitzen", bezüglich seiner Kraft hinzu: „und erfüllt war die ganze Erde von seiner Majestät", das heißt die ganze Fülle der Dinge und des Alls ist von seiner Majestät, und durch die Kraft Gottes, durch den alles gemacht ist, und durch dessen Licht alle Menschen, die in diese Welt kommen, erleuchtet werden; *Ps* 23,1: „Dem Herrn gehört die Erde, und ihre Fülle."

**8.** – [3] Fuit etiam contemplatio eius perfecta. Tunc enim contemplatio perfecta est, quando contemplans perducitur et elevatur ad altitudinem rei contemplatae: si enim remaneret in infimis, quantumcumque alta ipse contemplaretur, non esset contemplatio perfecta. Ad hoc ergo quod sit perfecta, oportet quod ascendat et consequatur ipsum finem rei contemplatae, inhaerendo et assentiendo per affectum et intellectum veritati contemplatae. *Iob* XXXVII, 16: "Numquid nosti semitas nubium", idest contemplationes praedicantium, "quod perfectae sint?", inquantum firmiter per affectum et intellectum inhaerent summae veritati contemplatae.

Quia ergo Ioannes non solum docuit quomodo Christus Iesus, Verbum Dei, est Deus super omnia elevatus et quomodo omnia per ipsum facta sunt, sed etiam quod per ipsum sanctificamur, et ei per gratiam quam nobis infundit, inhaeremus, dicit: "De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia". Ideo apparet, quod sua contemplatio perfecta fuit.

Et haec perfectio ostenditur, cum subdit "Et ea quae sub ipso erat, replebant templum". Nam, sicut dicitur I *Cor*. c. XI,3, "Caput Christi Deus". Quae ergo sub Christo sunt, sacramenta sunt humanitatis, per quae fideles replentur plenitudine gratiae. Sic ergo "ea quae sub ipso erant, replebant templum", idest fideles qui sunt templum Dei sanctum, sicut dicitur I *Cor*. III,17 inquantum per ipsius sacramenta humanitatis, fideles Christi omnes de plenitudine gratiae ipsius accipiunt.

Fuit ergo Ioannis contemplatio [1] ampla, [2] alta et [3] perfecta.

**9.** – Sed notandum quod diversimode diversae scientiae istos tres modos contemplationis sortiuntur.

[3] Perfectionem namque contemplationis habet scientia moralis, quae est de ultimo fine;

[2] plenitudinem autem scientia naturalis, quae res a Deo procedentes considerat;

[1] altitudinem vero contemplationis inter scientias physicas habet metaphysica.

Sed Evangelium Ioannis, quod divisim scientiae praedictae habent, totum simul continet, et ideo est perfectissimum.



**8.** – [3] Auch war seine Betrachtung vollkommen. Dann nämlich ist eine Betrachtung vollkommen, wenn der Betrachtende hingeführt und emporgehoben wird zur Höhe der betrachteten Wirklichkeit: wenn er nämlich bei den niederen Dingen zurückbliebe, wäre die Betrachtung nicht vollkommen, wie hoch auch dasjenige wäre, das er betrachtet. Dazu, daß sie vollkommen sei, ist es folglich nötig, daß er aufsteige und das Ziel der angeschauten Wirklichkeit selbst erreiche, indem er durch Sinn und Verstand der betrachteten Wahrheit innewird und zustimmt. *Ij* 37,16: „Weißt du nicht von den Pfaden der Wolken", das heißt der Betrachtungen der Prediger, „daß sie vollkommen sind?", insofern sie durch Sinn und Verstand der betrachteten Wahrheit fest inne sind.

Weil Johannes folglich nicht nur lehrte, auf welche Weise Christus Jesus, das Wort Gottes, Gott ist, der über alles erhoben ist, und auf welche Weise alles durch ihn geschaffen ist, sondern auch, daß wir durch ihn geheiligt werden, und seiner durch die Gnade, die er uns eingießt, inne werden, sagt er: „Von seiner Fülle haben wir alle Gnade um Gnade erhalten" [*Joh* 1,16]. Deshalb scheint es, daß seine Betrachtung vollkommen war.

Und diese Vollkommenheit wird gezeigt, wenn er hinzufügt: „Und was unter ihm war, erfüllte den Tempel". Denn, wie es in 1 *Kor* 11,3 heißt, „das Haupt Christi ist Gott". Was unter Christus ist, sind folglich die Sakramente der Menschheit, wodurch die Gläubigen von der Fülle der Gnade erfüllt werden. So also „erfüllte, was unter ihm war, den Tempel", das heißt die Gläubigen, die der heilige Tempel Gottes sind, wie es in 1 *Kor* 3,17 heißt, insofern durch die Sakramente eben dieser Menschheit alle Gläubigen Christi von der Fülle seiner Gnade empfangen.

Folglich war die Betrachtung des Johannes [1] weit, [2] hoch und [3] vollkommen.

**9.** – Man muß aber beachten, daß die verschiedenen Wissenschaften auf verschiedene Weise diese drei Arten der Betrachtung erlangt haben.

[3] Die Vollkommenheit der Betrachtung nämlich besitzt die moralische Wissenschaft, die vom letzten Ziel handelt;

[2] die Fülle aber [besitzt die] Naturwissenschaft, welche die Dinge betrachtet, die aus Gott hervorgehen;

[1] die Höhe der Betrachtung dagegen besitzt unter den Naturwissenschaften die Metaphysik.

Das Evangelium des Johannes aber enthält, was die genannten Wissenschaften getrennt haben, alles zugleich, und deshalb ist es am vollkommensten.

**10.** – [I.] Sic ergo ex praemissis colligitur materia huius Evangelii; quia cum Evangelistae alii tractent principaliter mysteria humanitatis Christi, Ioannes specialiter et praecipue divinitatem Christi in Evangelio suo insinuat, ut supra dictum est: nec tamen praetermisit mysteria humanitatis; quod ideo factum est, quia postquam alii Evangelistae sua Evangelia scripserunt, insurrexerunt haereses circa divinitatem Christi, quae erant quod Christus erat purus homo, sicut Ebion et Cerinthus falso opinabantur. Et ideo Ioannes Evangelista, qui veritatem divinitatis Verbi ab ipso fonte divini pectoris hauserat, ad preces fidelium, Evangelium istud scripsit, in quo doctrinam de Christi divinitate nobis tradidit, et omnes haereses confutavit.

[II.] Patet ergo ordo istius Evangelii ex verbis praemissis.

[1] Primo enim insinuat nobis "Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum", in prima parte, cum dicit: "In principio erat Verbum".

[2] In secunda vero parte insinuat quomodo "omnis terra plena est maiestate eius", cum dicit: "Omnia per ipsum facta sunt".

[3] In tertia parte manifestat quomodo "ea quae sub ipso erant, replebant templum" cum ipse dicit: "Verbum caro factum est".

Patet etiam finis huius Evangelii, qui est ut fideles templum Dei efficiantur, et repleantur a maiestate Dei; unde et ipse *Ioannes* XX,31: "Haec autem scripta sunt, ut credatis quia Iesus est Christus filius Dei".

[III.] Patet ergo materia huius Evangelii, quae est cognitio divinitas Verbi. Patet ordo, patet et finis.

**11.** – [IV.] Sequitur conditio auctoris, qui quidem describitur in praemissis quantum ad quatuor:

[1] quantum ad nomen,
[2] quantum ad virtutem,
[3] quantum ad figuram, et
[4] quantum ad privilegium.



**10.** – [I.] So läßt sich folglich auf dem Gesagten der Gegenstand dieses Evangeliums entnehmen; denn während die anderen Evangelisten in erster Linie die Mysterien der Menschheit Christi behandeln, bringt Johannes in seinem Evangelium in besonderer Weise und vor allem die Göttlichkeit Christi nahe, wie oben gesagt wurde. Gleichwohl läßt er die Mysterien der Menschheit nicht aus. Dies geschah deshalb, weil, nachdem die anderen Evangelisten ihre Evangelien geschrieben hatten, im Hinblick auf die Göttlichkeit Christi Irrlehren aufgekommen sind. Diese besagten, daß Christus ein bloßer Mensch war, wie Ebion und Cerintus fälschlicherweise meinten. Und daher hat Johannes der Evangelist, der die Wahrheit der Göttlichkeit des Wortes aus der Quelle der göttlichen Brust selbst geschöpft hat, auf Bitten der Gläubigen hin, dieses Evangelium geschrieben, in dem er uns die Lehre von der Göttlichkeit Christi überliefert und alle Häresien widerlegt hat.

[II.] Folglich ist der Aufbau aus den vorangehenden Worten verständlich.

[1] Erstens nämlich bringt er uns nahe, daß „der Herr auf einem emporragenden und erhöhten Thron sitzt", nämlich im ersten Teil, wenn er sagt: „Im Anfang war das Wort" [*Joh* 1,1].

[2] Im zweiten Teil dagegen bringt er uns nahe, auf welche Weise „die ganze Erde erfüllt ist von seiner Majestät", wenn er sagt: „Alles ist durch es gemacht" [*Joh* 1,3].

[3] Im dritten Teil offenbart er, auf welche Weise „was unter ihm war, den Tempel erfüllte", wenn er sagt: „Das Wort ist Fleisch geworden" [*Joh* 1,14].

Auch das Ziel dieses Evangeliums ist offensichtlich. Es besteht darin, daß die Gläubigen zum Tempel Gottes werden und erfüllt werden von der Majestät Gottes; deshalb sagt er auch selbst in *Joh* 20,31: „Dies aber ist geschrieben, damit ihr glaubt, daß Jesus ist Christus, der Sohn Gottes."

[III.] So ist der Gegenstand dieses Evangeliums offensichtlich. Er besteht in der Erkenntnis der Göttlichkeit des Wortes. Offensichtlich ist der Aufbau, und offensichtlich ist auch das Ziel.

**11.** – [IV.] Es folgt die Eigenart des Verfassers, die im Vorangehenden in vierfacher Hinsicht beschrieben wird:

[1] im Hinblick auf seinen Namen;
[2] im Hinblick auf seine Tugend;
[3] im Hinblick auf sein Sinnbild; und
[4] im Hinblick auf sein besonderes Vorrecht.

[1] Quantum ad nomen, quia Ioannes, qui huius Evangelii auctor fuit, Ioannes autem interpretatur in quo est gratia, quia secreta divinitatis videre non possunt nisi qui gratiam Dei in se habent; unde I *Cor*. II, 11 dicitur: "Quae sunt Dei nemo cognovit, nisi spiritus Dei".

[2] Ioannes ergo vidit Dominum sedentem, quantum ad virtutem, quia fuit virgo: talibus enim competit videre Dominum; *Matth*. c. V,8: "Beati mundo corde".

[3] Quantum ad figuram, quia Ioannes figuratur per aquilam. Et hoc quia cum alii tres Evangelistae circa ea quae Christus in carne est operatus, occupati, designentur per animalia, quae gradiuntur in terra, scilicet per hominem, vitulum et leonem; Ioannes vero, supra nebulam infirmitatis humanae sicut aquila volans, lucem incommutabilis veritatis altissimis atque firmissimis oculis cordis intuetur, atque ipsam deitatem Domini nostri Iesu Christi, qua patri aequalis est, intendens, eam in suo Evangelio, quantum inter omnes sufficere credidit, studuit praecipue commendare. Et de hoc volatu Ioannis dicitur *Iob* c. XXXIX,27: "Numquid ad praeceptum tuum elevabitur aquila?" Idest Ioannes; et infra: "Oculi eius de longe prospiciunt", quia scilicet ipsum Verbum Dei in sinu patris oculo mentis intuetur.

[4] Quantum ad privilegium, quia inter caeteros discipulos Domini Ioannes magis fuit dilectus a Christo: "Iste est enim discipulus ille quem diligebat Iesus", sicut ipsemet non exprimens nomen suum dixit; et ideo, quia amicis revelantur secreta, ut dicitur *ibid*. XV, 15: "Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis", secreta sua huic discipulo specialiter dilecto specialiter commendavit. Unde *Iob* XXXVI, 32 dicitur: "Immanibus", idest superbis, "abscondit lucem", Christus scilicet divinitatis suae veritatem, "et annuntiat de ea amico suo", scilicet Ioanni, "quod possessio eius sit" etc., quia ipse est, qui lucem Verbi incarnati excellentius videns, ipsam nobis insinuat, dicens: "Erat lux vera" et cetera.



[1] Im Hinblick auf den Namen, denn Johannes war der Verfasser dieses Evangeliums; „Johannes" aber bedeutet „In dem die Gnade ist", denn die Geheimnisse der Göttlichkeit kann niemand sehen außer denjenigen, die die Gnade Gottes in sich haben; deshalb heißt es in 1 *Kor* 2,11: „Was Gottes ist, erkennt niemand, nur der Geist Gottes."

[2] Johannes also sieht den Herrn, der „sitzt", im Hinblick auf die Tugend, denn er war jungfräulich: den Jungfräulichen nämlich kommt es zu, den Herrn zu sehen; *Mt* 5,8: „Selig, die reinen Herzens sind."

[3] Im Hinblick auf das Sinnbild, denn Johannes wird durch den Adler dargestellt. Und dies deshalb, weil die anderen drei Evangelisten, die sich damit beschäftigen, was Christus im Fleisch vollbracht hat, durch Lebewesen bezeichnet werden, die auf der Erde schreiten, nämlich durch einen Menschen, einen Stier und einen Löwen; Johannes dagegen, der wie ein Adler über dem Nebel der menschlichen Schwachheit fliegt, schaut das Licht der unwandelbaren Wahrheit mit den höchsten und sichersten Augen des Herzens. Und da er auf die Göttlichkeit unseres Herrn Jesus Christus ausgerichtet war, durch die er dem Vater gleich ist, bemühte er sich, in seinem Evangelium vor allem sie mitzuteilen, soviel er unter allen [Jüngern dieser Aufgabe] zu genügen glaubte. Und über diesen Flug des Johannes heißt es in *Ij* 39,27: „Wird etwa zu deinem Gebot emporgehoben der Adler?", das heißt Johannes; und weiter: „Seine Augen blikken von ferne", weil er nämlich das Wort Gottes selbst im Schoß des Vaters mit dem Auge des Geistes schaut.

[4] Im Hinblick auf das besondere Vorrecht [wird die Eigenart des Verfassers beschrieben], denn unter allen Jüngern des Herrn wurde Johannes von Christus mehr geliebt: „Dieser nämlich ist der Jünger, den Jesus liebte", wie er selbst, obwohl er seinen Namen nicht äußerte, gesagt hat [vgl. *Joh* 21,24]; und weil man Freunden Geheimnisse enthüllt, wie es *ebd*. 15,15 heißt: „Euch aber habe ich Freunde genannt, weil ich euch alles bekannt gemacht habe, was ich von meinem Vater gehört habe", hat er seine Geheimnisse diesem besonders geliebten Jünger in besonderer Weise mitgeteilt. Daher heißt es in *Ij* 36,32: „Den Ungeheuren", das heißt den Stolzen, „hat er das Licht verborgen", Christus nämlich die Wahrheit seiner Göttlichkeit, „doch er kündet von ihm seinem Freund", nämlich Johannes, „was sein Besitz sei" etc. Denn er [Johannes] ist es, der das Licht des fleischgewordenen Wortes hervorragender sah und es uns lehrt, indem er sagt: „Es war das wahre Licht" [*Joh* 1,9] etc.

Patet ergo [I.] materia, [II.] ordo, [III.] finis et [IV.] auctor huius Evangelii beati Ioannis, quod prae manibus habemus.

*(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)*



Somit sind [I.] der Gegenstand, [II.] der Aufbau, [III.] das Ziel und [IV.] der Verfasser dieses Evangeliums des seligen Johannes, das wir in Händen haben, offenkundig.

*(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)*